



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod aliquis vere pnitet et si non de omni veniali. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

sunt. Hæc ergo ædificatis, qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur: & tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis, aliquid fraudis vel rapinæ molitur. Ex eis ergo patet, quod nō idem homo simul hæc & illa ædificat. Illa enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitat placere mundo, sed tantum Deo: qui etsi veniali-
i. ad Cor. 7. f
 ter aliquando peccat, feruore charitatis ita absu-
 mitur in eis peccatum, sicut gutta aquæ in camino
 ignis: & ideo nūquam secum portant cremabilia.
 Hæc a. inferior ædificatio minorum est, qui non tantum Deo sed etiam mundo placere cogitant.
 Deum tamen proponunt. Si vero mundum propo-
 nerent, non sæpe ædificarent, sed destruerent fun-
 damentum. Affectiones ergo carnales quibus de-
 diti sunt domibus, coniugibus, possessionibus, ita
 ut nihil præponant Christo, illis tribus significan-
 tur: quæ in mentes perfectorum non cadunt, etsi
 alia venialia admittunt. In cordibus vero minorū
 interdum durant usque in finem: qui cum talibus
 ædificiis transeunt: sed dissoluuntur in igne. Ipsi
 vero merito fundamenti salui erunt, grauissimā
 tamen pœnam sentient. Ex quo apparet quantam
 hic misericordiam exhibit Deus, & quantam ibi
 exerceat severitatem: cum pro eodem peccato
 multo grauius ibi puniat, quam hic.

Opinio quorundam cum adiectione.

D

Sed forte dices illud esse accipendum de pœna
 peccati, nō de ipso peccato, quod Greg. dicit quæ-
 dam leuia in futuro dimittenda. Si n. veram pœ-
Greg. li. 4.
 dialogorum cap. 19.
 nitentiam habuerit quis, peccata omnia dimissa
 sunt ei: sed pœna forte remansit. Ideoq; si vere pœ-
 nitens obiit, sine peccato transiit. Si a. vere pœni-
 tens non est in obitu, maculam portat quæ nun-
 quam delebitur. Qui vero ædificat lignum, fœnum,
 stipulam, vere posnit: quia bonus est & charita-

tem

tem habet, & in charitate de hac vita transit, ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verū quidē est, quia bonus est, & charitatem habet, & vere pœnitent: & tamen cum veniali peccato transit, quod nō deleuit pœnitentia. Pœnitentia n. non de'let nisi peccatum illud, quod deserit homo. Tale autem peccatum s̄æpe in hac vita non relinquitur ab homine: & tamē vere pœnitens est, et si non de omnibus venialibus pœnitentia. Pōt enim quis de omni mortali & de omni veniali pœnitere, excepto uno vel pluribus venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, & vñ vel plura venialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est n. aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans h̄c secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo terreno affectu mortuus est, & tamen saluabitur, à quo non se hic absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo quādam peccata, sc. leuia, post hanc vitam dimitti. Si vero de pœna peccati illud intelligi voluissent auctores, cur magis commémorarent leuia quam grauia, cum etiam grauium pœna hic in expleta post hanc vitam restet?

De generali confessione, quid proſit.

Post h̄c considerandum est, Quid proſit confessio illa, vbi singula peccata, quæ quisq; fecit, nō exprimuntur. Sane dici potest, quod omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, niſi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea confitere, quorum memoriam habes: & sic nihil celasti de seculeribus tuis. Venialia vero, quia innumera-bilia sunt, ſufficit generaliter confiteri, niſi aliqua ſu-ſuent frequenter iterata. Perfectius est tamen etiam illa exprimere ſi vales. Ideoq; quotidie generaliter fit cōfessio in Ecclesia, pro venialibus ſcīlicet, peccatis, quæ quotidie admittimus, & pro illis mor-

tiferis